

**RICHDAGH**, geboren vor 1173, genannt in :

**Prinz, J.:** Die Urkunden des Stiftes Busdorf in Paderborn, 1. Lieferung ,  
Urkunden 1036 - 1380, Verlag Bonifacius-Druckerei, Paderborn,  
1975, S.15 f.

**Regest Nr. 8 : 1173, vor 24.9.**

Bischof Evergis von Paderborn schenkt dem Busdorftift in Paderborn einen Höf in Dören, den er von seinem Lehnsmann **Richdag** erworben hat.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Euergis Dei gratia Paderburnensis ecclesie humilis episcopus. Grata Deo et accepta est oblatio, que in usus Deo die noctuque in ecclesia servientium confertur, ut divinis tanto liberius intendere possint, quanto per rerum necessiarum defectum ad exteriora evagari non coppelluntur. Hec adtendentes ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree in Paderburnen, que modica in rebus ad prebendam fratrum pertinentibus usque adhuc extitit pro eo, quod eiusdem ecclesie fundator beate memorie episcopus Meinwercus ante quam consumaret, quod intenderat, morte preventus est, aliquid gratie impendere curavimus. Mansum itaque unum in Dornede, quem **Richdacus** quidam [ecc]lesie ministerialis a predecessor meo episcopo Bernardo et a nobis in beneficio tenuit, ab ipso absolvimus, ita ut acceptis tribus marcis ipsum nobis mansum resignaret, eo videlicet pacto, ut dum viveret ipsum mansum a fratribus iam dicte ecclesie tene[re]t et tres solidos annuantim eius inde persolveret. His ita conductis et factis mansum ipsum predicte ecclesie tradidimus ita, ut **Richdaco** defuncto liberam fratres ipsum locandi per manus decani sui habeant potestatem, prout melius et utilius poterunt. Hoc itaque nostre traditionis factum, ne quis successorum meorum vel alias quilibet immutare uel infringere presumat, Dei et beatorum apostolorum Petri et Andree et nostre auctoritatis banno confirmavimus, presentibus et consentientibus maioris ecclesie canonicis: Sifrido preposito, Almaro decano, Ekberto, Remberto preposito, Vffone, Heriberto, Godescalco preposito, Bernardo, Altmanno, Folberto, Meinrico, Burchardo, [Be]zzelino, L[ode]wico, Conrado, Reinhero magistro, Conrado, T[itma]ro prepos[ito], Godefrido, Alexandro, Erpone, Heinrico, Lamberto, laicis vero liberi[s et minis]terialibus: Ludolfo de Hosed et filio suo Widikindo, Titmaro de Buorin, Gerlaco de Hitteren, Conrado Staplone, Hugone de Hengeld[er], H[ugo]ne Langobardo, Hildiboldo villico, Andrea de Ettelen, Liudero, Conrado de Ettelen et aliis quam pluribus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis m c l xx iii, inductione VI. Ut autem rata hec et inconvulsa per[mane]ant, presentem paginam sigilli nostri impressione insigniri fecimus.

Urschrift im Staatsarchiv Münster, Busdorf, Urk.Nr. 6, auf Papier aufgeklebt, mit dem an einer Hanfschnur anhängenden Siegel des Bischofs Evergis von Paderborn. Abschriften um 1408 und 1780 ebenda.

Die sechste Indikation endete am 24. September 1173. Dören gehört zum heutigen Stadtgebiet von Paderborn. An diesen Ort erinnert noch eine Flurbezeichnung "auf den Dören", heute ein Friedhof.

